



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Franciscus Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

liberalitatem à prima ætate ad extremum usque vitæ diem munificè exhibitam, qua ut foeneraretur Deo, miserebatur pauperum; & quam par est Ecclesiasticæ Hierarchiæ Præfules omnes imitari, ut nempe quotquot potestatem habent, verè benefici sint, atque vocentur. Vtrum igitur Thomæ Archiepiscopo Valentino, quem Diuina fruentem Beatitudine dudum colimus, Sancti appellationem, & appellationi parem cultum decernere conueniat; sicuti deliberamus adhuc Cœli implorantes oracula; ita vestras quoque sententias, Venerabiles Fratres, perlitter exquirimus. Ad Suffragia.

Post hæc, federunt Prælati, & singuli Cardinales suas sententias in hæc verba dixerunt: initio assurgentes detecto capite, ac postmodum tecto capite sedentes, videlicet,

### Franciscus Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus.

**I**N hac veterum Conciliorum Romanorum vera imagine, par loco negotium de Cœli arcanis reuelandis proponitur. Thomas de Villanova sanctus in infantia, & adolescentia virgineo; qui nunquam emarcuit, flore decora, in Augustiniana familia, & in ipso Archiepiscopatu Valentino, ad quem recta via, hoc est, vi pertractus fuit, tam diuini verbi, quam sacrarum opum dispensator fidelis inuentus, & ab omnibus agnitus est. Quamobrem, qui priuato cultu sanctimoniam eius colebant, votis, ac precibus impetrarunt, ut authoritate Sedis Apostolicæ liceret, imagines ipsius in templis radijs redimitas exponere, & publicè venerari. Reliquum est, ut additis miraculorum, & rerum præclarè gestarum probationibus, quas abundè esse existimo, eo oraculo, quo cœlestia nobis patent, & Christiana fide tenenda docemur, super cœlos gloria, & honore coronatum Thomam, Sanctitas Vestra definiat: quò eius inhabitet gloria etiam in terra nostra, & Dominus laudetur in Sanctis suis.

### Bernardinus Episc. Prenestinus Card. Spada.

**I**nter alia, quæ me, de Beato Thoma coram Sanctitate Vesta verba facturum à dicendo deterrere poterant, illud est

præ-